



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CX. Markgraf Ludwig der Römer vereignet zweien Frankfurter Bürgern  
eine Hebung aus dem Zolle zu Frankfurt, am 15. April 1355.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](#)

ctorum et viuorum haberi debet memoria sempiterna. Renunciantes insuper simpliciter libere et liberaliter quad dictorum XII talentorum proprietatem et libertatem omni Juri, Jurisdictioni, dominio, impetioni, exactioni, seruicio, fructui, commodo et vtilitati, nullo in ipsis XII talentis nobis penitus retento, quounque censeatur vocabulo aut nominetur, que et quod nobis, nostris heredibus et successoribus nostris marchionibus brandenburgenibus in ipsis premisis redditibus hactenus conpe-tebat aut competere posset aliqualiter in futurum. Recognoscimus etiam per presentes, quod dicti viri wilhelmus et hermannus et gerdrudis, vxor hermanni predicti, interim quad vixerint et postmodum ipsorum veri heredes legitime ab eis descendentes debent, poterunt, habent et ha-bebunt perpetuis temporibus, quoicunque oportunum fuerit, ad sepeditum altare personam ydoneam presentare. In cuius etc. Presentibus Lochen, Griffkone, petrus et Cöpkinus de bret-dowe, Ror, otto morner, hennigus marwitz et mornerus protonotarius cum ceteris. Datum Eberswald, anno LV<sup>o</sup> feria secunda post dominicam Quasimogeniti etc.

Nach dem Copialbuch des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeslow No. 45.

CX. Markgraf Ludwig der Römer vereignet zweien Frankfurter Bürgern eine Hebung aus dem Zolle zu Frankfurt, am 15. April 1355.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos Ludwicus Romanus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Reni et Bauarie dux, Intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis nobis per probos et honestos viros Wilhelum de Murow et Hermannum hokeman, Ciuitatis nostre frankenuorde ciues, fideles nostros dilectos, exhibitis fideliter et inpenis, Ipsi et honeste matrone Gertrudi, vxori legitime dicti hermanni, et heredibus eorum dedimus, damus et sollempni donacione donamus proprietatem quatuor talentorum denariorum Brandenburgenium reddituum annuorum sitorum in Theolonio dicte Ciuitatis nostre frankenuorde in festo beate walburge virginis annis singulis soluendorum, Sic quod predicta quatuor talenta dare vel vendere poterunt ecclesiasticis aut secularibus personis, locis piis vel aliis, seu alias in usus proprios conuertere, prout ipsis melius et competencius videbitur expedire; Renunciantes quo ad dictam proprietatem omni juri simpliciter, quod nobis, nostris heredibus et successoribus in premisis quatuor talentis competebat seu competere posset quomodolibet in futurum. In cuius rei evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Strenuis viris frederico de lochen, Laurencio de grifenberg, petro et koppekino de Bredo, militibus, Ottone morner, Alhardo Ror, hennigo de Marwitz et Thiderico, preposito Bernowensi, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Euerswalde, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quinto, feria quarta post dominicam, qua cantatur Quasi-mogeniti.

Transumpt aus einer unten abgebrühten Urkunde vom 18. April 1367. Stabtarchiv VIII, 3, 99<sup>a</sup>.